

KAZIMIERZ WÓJCIK

ANONIMOWY WSTĘP DO *COMPENDIUM LOGICAE*
PIOTRA ZE ZGORZELCA¹

W rękopisie Biblioteki Jagiellońskiej 2084 wśród traktatów logicznych, głównie komentarzy do *Summulae logicae* Piotra Hiszpana, znajduje się na kartach 104r—217r obszernie *Compendium logicae*. Z tekstu wstępu dowiadujemy się, że autorem tego *Compendium* jest Piotr ze Zgorzelca, rektor Szkoły św. Krzyża w Dreźnie², który w metrykach Uniwersytetu Praskiego figuruje jako Petrus de Drozena (Drosna)³. Informacje o działalności naukowej Piotra są dotąd dosyć szczupłe. Piszą o nim po kilka zdań K. Hilgenreiner⁴ i F. Seibt⁵. Według pierwszego Piotr został w r. 1409 wydalony z Uniwersytetu Praskiego, od ok. r. 1412 do 1414 był w Dreźnie w Szkole św. Krzyża, skąd pod koniec r. 1414 został usunięty za rozpowszechnianie poglądów Wiklefa. W tym samym roku wrócił do Pragi, gdzie — zdaniem K. Hilgenreinera — założył bursę, a w r. 1421 miał umrzeć na stosie jako kacerz. F. Seibt opierając się na pracy F. M. Bartoša⁶ potwierdza informację K. Hilgenreinera, że Piotr został wydalony z Drezna za poglądy wiklefićkie. Razem z nim usunięci zostali jego uczniowie oraz dwaj koledzy: Fryderyk Eppingen i Mikołaj z Drezna. F. Seibt podaje, że miało to miejsce pod koniec r. 1411. Trudno nam obecnie rozstrzygnąć bez podjęcia badań na nowo, która data odejścia Piotra z Drezna jest prawdziwa. Po przybyciu do Pragi Piotr i jego koledzy zostali serdecznie przyjęci przez praskich zwolenników Wiklefa. Zdaniem F. Seibta Piotr zmarł przed r. 1425, nie wiadomo więc, czy data rzekomego spalenia na stosie w r. 1421 jest

1 Petrus de Zgorzelec (alias de Drozena, Drosna de Drezno), student Uniwersytetu Praskiego, uzyskał bakalaureat na wydziale artium we wrześniu r. 1379 (por. *Liber decanorum facultatis philosophicae Universitatis Pragensis*, pars 1, *Monumenta historica Universitatis Carolo-Ferdinandae Pragensis*, t. 1, Pragae 1830, s. 188). Magistrem artium został w zimie w r. 1386, razem z Mikołajem z Nysy i Mikołajem Pyzerem (por. *Monumenta...*, t. 1, s. 236). W tym samym roku rozpoczął wykłady na wydziale artium Uniwersytetu Praskiego „in Dominica Oculi sub magistro Jacobo de Briczem”. W r. 1396 był asesorem „ad audiendum computum pecuniarum facultatis” (por. tamże, t. 1, s. 312).

2 Rkps BJ 2084, k. 106r.

3 *Monumenta...*, t. 1, s. 188, 190, 236, 312.

4 *Petrus von Dresden, Lexikon für Theologie und Kirche*, t. VIII, Freiburg im Breisgau 1936, 161.

prawdziwa zważywszy fakt, że F. Seibt opiera się na nowszych badaniach F. M. Bartoša.

Tekst *Compendium logicae* zawarty w rękopisie BJ 2084 jest niewątpliwie kopią bądź z oryginału, bądź też z innego odpisu. Wskazuje na to papier w krakowskim kodeksie pochodzący z lat dwudziestych i trzydziestych XV w. Trudno stwierdzić, kto w Krakowie przepisał *Compendium* Piotra i korzystał z niego przy wykładach, ponieważ rękopis krakowski nie ma prawie żadnych danych proveniencyjnych. Mimo poszukiwań w katalogach rękopisów różnych bibliotek zagranicznych nie udało się znaleźć drugiego tekstu. Warto tu zasygnalizować, że w rękopisie Biblioteki Narodowej w Warszawie, akc. 7183 znajduje się na k.75r—86v mały traktat philosophiae naturalis Piotra ze Zgorzelca, pisany w r. 1421 ręką Jana z Ludziska⁷. Wydaje się, że pierwsza — chociaż niekrytyczna — publikacja anonimowego wstępu do *Compendium logicae* Piotra ze Zgorzelca może okazać się wielce pomocna w poszukiwaniu innych odpisów lub nawet autografu oraz wzbudzi zainteresowanie całym tekstem, który przy bliższym zbadaniu będzie, być może, zasługiwał w całości na krytyczne wydanie.

*

(*Introductio anonyma in Compendium logicae Petri de Zgorzelec*)

f. 104r

Plura quae doctorum sociabo scripta meorum. Haec verba scribit venerabilis Alexander in prohemio sui doctrialis. Possunt tamen ad propositum nostrum sic introduci, quia teste Philosopho primo Physicorum ostenditur. Innata est nobis via a notioribus ad specialia cognoscendi, propter quod cum in maiori parte pro iunioribus informandis est praesens executio, ut probat hoc tractatuli conditio vera, quae ex grammaticalibus esse videntur plana loco thematis praeassumpsi, ut suae claritatis evidentia praesentis libelli valeant innotescere tractatum, qui

⁵ *Petrus v. Dresden*, tamże, t. VIII, Freiburg im Breisgau 1963, 361.

⁶ *Husictivi a cizina*, Praha 1931.

⁷ Informacji o tym traktacie udzielił mi J. Rebeta, za co wyrażam mu serdeczne podziękowanie.

Podajemy incipit — k. 75r: Natura est principium et causa movendi et quiescendi eius in quo est principium per se et non secundum accidens)

Explicit tractatulus philosophie naturalis, brevis, bonus et utilis, collectus per magistrum Petrum fidelem, rectorem scolarium Drasdenzem finitus per Johannem de Ludziczsko in crastino sancti Adalberti sub Anno Domini MCCCCXXI (1421). Ten sam traktat znajduje się także w różnych bibliotekach zagranicznych: Brno UK MK 66, f. 96a; Graz UB 996, f. 125a; Praha UK IV H 6, f. 1, XIV F 20, f. 132a, Kapit. M 56, f.1, Kruliš-Randa 8 G 16, f. 1; München Clm 18917, f. 73; Wien NB 5243. (Por. Josef Triška, *Literární činnost předhusitské University. Universita Karlova*, Praha 1967, s. 31).

multorum scripta magistrorum continere videntur. Ergo non in merito de eo potest dici plura quae doctorum, quae fuere verba loco thematis praesumpta et qualiter taliter introducta. In quibus quidem verbis tria principaliter innuuntur per ordinem: primo logicalis scientiae de qua praesens tractatus liberalis largitas, cum dicitur plura. Secundo eiusdem potentialis auctoritas eo, cum sequitur sociabo. Tertio eius necessaria utilitas, cum subditur meorum.

Primo dixi, quod in verbis praemissis innuitur huius scientiae liberalis largitas, quod probatur sic: illius scientiae est liberalis largitas, quae praebet viam ad omnes alias scientias. Sed praesens scientia est huiusmodi, igitur etc. Consequentia videtur esse bona, quia faciliter est reducibilis ad modum et ad figuram. Sed maior patet, quia omnibus praebere viam est actus liberalitatis, minor autem patet per Petrum Hispanum dicentem, quod logica seu scientia logicalis est omnium methodorum viam praebens. Secundum autem, quod in verbis praemissis innuitur potest sic probari: illius scientiae est potentialis auctoritas, quae est nobilior aliis scientiis. Sed scientia praesentis libelli est huiusmodi; igitur tenet consequentia virtualiter in *Darii*. Maior autem nota ex terminis, minor est Petri Hispani dicentis, quod scientia logicalis est ars artium. Tertio in verbis praemissis innuitur praesentis scientiae necessaria utilitas, quod patet sic: illius scientiae est necessaria utilitas sine qua non potest haberi notitia aliarum scientiarum. Sed praesens scientia est huiusmodi; igitur tenet consequentia in tertio primae. Maior patet ex quid huius, quod est necessarium, minor autem patet per Ysidorum in libro *Ethimologiarum* dicentem: tolle logicam et sublata est omnis scientia et quidquid remanet sublatum erit. Et probatur ratione, illud est necessarium quod praesupponitur ad esse alterius. Sed scientia praesentis libelli est huiusmodi; igitur tenet consequentia ut prius, similiter et maior. Minor autem patet per Petrum Hispanum dicentem, quod logica requiritur ad acquisitionem cuiuslibet scientiae et ergo dicit: et ideo in acquisitione scientiarum debet esse prior, sed diceret, quis tamen in acquisitione scientiarum grammatica debet esse prior, ut patet per Boetium in *De disciplina scolarium* dicentem: in primis igitur figurarum elementa reputantium est imprimenda dilectio. Et etiam hoc idem persuadet virtualis prohemii auctoritas cum ex grammatica tamquam ex notiori et praesupposito verba thematis praesumpsit, et per consequens videtur quod grammatica in acquisitione

f. 104v

scientiarum debet esse prior, sic etiam diceret quis scientiae possunt haec fieri sine logica, igitur minor rationis falsa. Et cum eius probatione tenet consequentia et argumentum patet de sancto Petro et Paulo et sic de aliis, qui logicam prius nescientes, enim habuerunt scientiam.

Pro illo est sciendum, quod duplex est grammatica, scilicet positiva et regularis. Positiva est, quae docet significationes vocabulorum et talis non est scientia capiendi scientiam proprie, prout est habitus conclusionis demonstrative acquisitus. Alia est grammatica regularis, et est, quae docet ex quibus et qualibus debet fieri oratio congrua. Tunc ad instantiam dicitur, quod grammatica positiva debet procedere quamlibet scientiam, nec hoc est contra Petrum Hispanum in probatione minoris allegatum, quia ipse dicit: notatur in acquisitione scientiarum modo talis grammatica non est scientia, ut dictum est, sed est quoddam ydyoma speciale. Et de tali etiam grammatica Boetius locutus est cum dixit: in primis igitur etc. Nam ipse ibi dixit de significatione vocabulorum, quia de posesi, ut ipse solus hoc attestatur. Sed ad virtualementhematis auctoritatem dicendum est, quod probatio minoris intelligitur de acquisitione scientiarum naturali scientifica et perfecta; dicitur primo naturali propter acquisitionem supernaturalem unde sciendum, quod scientia dupliciter acquiritur: quaedam enim acquiritur naturaliter, ut quae acquiritur per visum, auditum et alios labores naturales. Alio modo acquiritur divinitus, ut quae supernaturaliter praeter labores naturales alicui infunditur, et sic fuit infusa apostolis; modo licet apostoli habuerunt scientiam sine logica, tamen hoc non erat acquisitione naturali, sed supernaturali dicitur scientifice et perfecte. Quia licet grammatica etiam regularis prius acquiritur a pueris, ut virtualiter thema includere videtur, tamen hoc non est scientifice et perfecte, pro quo nota, quod scientia est duplex: perfecta et imperfecta. Ad scientiam perfectam duo requiruntur, scilicet non mentiri et scire mentientem posse ostendere. Non mentiri quidem id est scire, et scire suam conclusionem nullo modo esse falsam. Sed scire mentientem posse ostendere, id est scire redarguere suam conclusionem male negatam, modo hoc sine logica nullo modo haberi non potest. Alia est scientia imperfecta, ad quam sufficit simplex assensus conclusionis alicuius, ut quando aliquis simpliciter assentit alicui conclusioni, ut illi vel consimili. Albus homo currit est oratio congrua, et illo modo scilicet imperfecte etiam grammatica regularis acquiri potest sine logica. Sed tali modo scire non est scire simpliciter. Ideo, si scientiam perfectam habere cupimus, ad ipsam logicam, quae est scientia veritatis perfectum modum sciendi docens, festine properemus, Boetii monitis acquiescentes, qui sicut in quo [?] nec tali laborioso certamine, scilicet grammaticae multum insistendum est. Sed completo huius gymnasii rudimento et puerili documento ad maioris scientiae limina procedendum est. Et subdit: scientia in quamquam solam veri falsique novimus indagatricem solam scientiam scientiarum. Et licet praesens executio aliter introduci poterat subtilius, tamen sic, ut dictum est, licet taliter qualiter introducta habeatur, ut quod verborum succincta adimit brevitatis prohemialis, suppleat perscrutata ubertas, praeter quae naturalis exigit discu-

tere prospicacitas, quae prima Hispani continet ars summae Petri. Sed cum non sit melius et facilius in cognitionem

f. 105 r.

alicuius rei devenire, nisi per principia, ut testatur Philosophus primo Physicorum. Idcirco antequam textum accedamus aliqua velut principia circa initia librorum recitari consueta videamus. Et primo, quae sit definitio logicae. Sed secundo, quod duplex est logica de qua ad praesens. Tertio, quid sit subiectum scientiae huius libelli. Quarto, quod sunt causae eiusdem. Quinto et ultimo, quid sit titulus huius libelli.

Quantum ad primum est sciendum, quod logica a modernis sic diffinitur: logica est scientia docens diffinire, dividere et generaliter verum a falso per rationes discernere. Dicitur primo scientia, et hoc ponitur pro genere, et excluditur operatio dicitur docens, et hoc debet intelligi instrumentaliter, quia solus homo vel intellectus agens docet principaliter. Dicitur diffinire propter secundum Posteriorum et quartum Topicorum; dicitur dividere propter librum Divisionum Boetii et Porphyrii capitulo de differentia, quia in hiis libris logica docet dividere; dicitur et generaliter verum a falso discernere propter libros novae logicae, qui sunt: Priorum, Posteriorum, Elencorum, Topicorum. Ex hoc patet, quod istae diffinitio logicae est generalis, quia convenit omni logicae, tam veteri quam novae ut dictum est.

Quantum ad secundum principale est sciendum, quod duplex est logica, scilicet vetus et nova. Logica vetus est pars logicae principalissimae considerans de parte propinqua vel remota vel de passionibus partis propinquae vel remotae ipsius argumentationis. Dicitur primo, est pars ad excludendum totam logicam, dicitur logice ad excludendum gratiam, dicitur principalissime ad excludendum novam logicam, quae licet etiam considerat de toto tunc etiam de parte. Sed hoc etiam non est principalissime, sed minus principaliter; dicitur ulterius de parte remota ad includendum librum Porphyrii et Praedicamentorum, in quibus determinatur de parte remota argumentationis, quia de terminis dicitur etiam, vel de parte propinqua ad includendum Perihermeneias Aristotelis et primum tractatum Petri Hispani, in quibus determinatur de parte propinqua argumentationis, quia de propositione, quae est principalis pars argumentationis, dicitur etiam, vel de passionibus partis remotae ad includendum suppositiones, confusiones, ampliaciones, appellationes, restrictiones, dicitur etiam, vel de passionibus partis propinquae ad includendum scientiam, libri Biligam, Obligatorum et Insolubilium. Ex hoc colligi potest, qui sunt libri veteris logicae. Sed nova logica est pars logicae principalissimae considerans de argumentatione secundum se vel de partibus subiectivis argumentationis, vel de passionibus earundem, dicitur pars logicae principalissimae considerans eadem ratione qua

superius dictum est. Dicitur de argumentatione secundum se ad includendum librum Priorum, in quo determinatur de argumentatione in genere, dicitur de partibus subiectivis, id est inferioribus ad includendum libros Posteriorum, quantum ad argumentationem dialecticam vel probabilem. Similiter etiam ad includendum quartum tractatum Petri Hispani, Elencorum, quantum ad argumentationem zophisticam dicitur etiam, vel de passionibus earundem ad includendum librum Fallaciarum et Consequentiarum. Et ex isto patet quae sunt libri

f. 105v

novae logicae. Notandum tamen quod logica dicitur vetus ideo, quia considerat de parte vel de partibus argumentationis, quae sunt priores et veteriores quam totum eo quod pars est prius toto et ergo pars logicae considerans de eis dicitur vetus. Sed logica nova dicitur ideo, quia considerat principaliter de tota argumentatione, et totum est posterius suis partibus modo illud, quod est posterius, hoc dicitur magis novum et ergo ars logicae considerans de tota argumentatione dicitur nova, materia autem istius libelli corespondet tam novae quam veteri logicae ut patebit.

Quantum ad tertium est sciendum, quod licet subiectum multis modis capitur, tamen in proposito capitur pro illo circa quod versatur, intentio alicuius artificis. Quod alio nomine vocat subiectum scientificum vel genus scibile, et diffinitur sic: subiectum est terminus communissimus in aliqua scientia consideratus non excedens limites illius scientiae ad quem omnia in illa scientia considerata habuerunt attributionem simpliciter vel reductive. In ista descriptione tanguntur tres conditiones subiectae: prima est, quod debet esse terminus communissimus in aliqua scientia consideratus in considerando ita, quod non oportet quod sit communissimus simpliciter, quia tunc ly ens deberet esse subiectum cuiuslibet scientiae, quia est terminus communissimus in praedicando. Sed debet esse terminus communissimus in considerando, ut dictum est. Et ille est terminus communissimus in considerando in ordine ad cuius significatum plura considerantur. Sed terminus communissimus in praedicando dicitur, qui de pluribus vere praedicatur, et sic oratio est terminus communior in logica, quam argumentatio, quia omnis argumentatio est oratio et non e converso. Argumentatio tamen est terminus communior in considerando, quia in logica plura considerantur in ordine ad argumentationem.

Secunda conditio, quod subiectum non debet excedere limites illius scientiae, in qua ponitur pro subiecto. Et tunc subiectum excedit limites, quoniam de ipso consideratur in alia scientia distincta, quae non est pars illius scientiae secundum illam rationem, secundum quam de eo considerantur in illa scientia, in qua ponitur pro subiecto. Et licet metaphy-

sica consideratur de argumentatione, quia metaphysica considerat omne ens, tamen adhuc argumentatio non excedit limites logicae, quia non sub ea ratione consideratur de ea in metaphysica secundum quam consideratur de ea in logica, quia in metaphysica consideratur de ea speculative ut est ens, in logica autem practice.

Tertia conditio, quod omnia, quae considerantur in illa scientia debent habere attributionem in ordine ad illud subiectum considerativam pro quo nota: duplex est attributio, quaedam verificativa, alia considerativa. Illa tunc dicuntur habere attributionem verificativam ad subiectum, de quibus vere praeter tale subiectum, et de tali non intelligitur conditio. Alia est considerativa attributio, et ista dicuntur habere

f. 106r

attributionem considerativam ad subiectum, de quibus, quae considerantur in ordine ad illud subiectum, et talem attributionem debent habere omnia considerata in aliqua scientia sic, quod omnia, quae considerantur, in aliqua scientia debent considerari in ordine ad rem significatam per illud subiectum et hoc principaliter vel reductive. Tunc ad principale propositum dicitur, quod subiectum huius libelli est argumentatio, patet, quia tota diffinitio subiecti convenit sibi. Est enim terminus communissimus in praesentis libelli eo scientia consideratus non excedens limites, ad quem omnia habent attributionem principaliter vel reductive. Reductive, sicut termini, qui reducuntur ad argumentationem tamquam partes ad suum totum. Suppositio, ampliatio, restrictio reducuntur ad argumentationem sicut passiones partium ad totum illarum partium. Sed quia omne subiectum debet esse diffinibile, secundo Posteriorum ergo argumentatio cum sit subiectum potest sic diffiniri.

Quantum ad quartum principale est omnino habens antecedens et consequens ad invicem coniuncta cum nota illationis illative tenta. Propria autem passio, cuius est esse illatum consequentis ex antecedente et demonstratur sic de subiecto. Omnis oratio habens antecedens et consequens ad invicem coniuncta cum nota illationis illative tenta est illatum consequentis ex antecedente. Sed omnis argumentatio est oratio habens antecedens etc. Igitur omnis argumentatio est illativa consequentis ex antecedente, tenet consequentia in *Barbara*. Notandum, quod causae scientiae huius libelli sicut et cuiuslibet alterius proprie loquendo sunt tantum duae, scilicet efficiens et finalis, improprie autem possunt esse quatuor, scilicet materialis, formalis et finalis, efficiens, pro quo tamen notandum, materia capitur dupliciter: uno modo proprie et vocatur materia ex qua, et dicitur illa, ex cuius potentia educitur forma, quae secum constituit unum compositum, et ut sic, scientia non habet causam materialem. Alio modo materia capitur improprie, et talis est duplex; quae vocatur materia in qua, et est illa, quae recipit

accidentia supra se, seu quae substat accidentibus, ut paries nigredini vel albedini. Et isto modo anima potest dici materia ipsius scientiae acquisitae, quia anima recipit in se scientiam. Alia est, quae vocatur materia circa quam, et est illud circa quod versatur intentio alicuius artificis, ut si intentio alicuius versatur circa ferrum, tunc ferrum est materia eius circa quam. Sic etiam, quia intentio nostra versatur circa argumentationem, argumentatio est materia circa quam in praesenti libello. Et isto modo improprie scientia habet materiam capiendi materiam pro materia circa quam, non autem ex qua. Tunc dicitur, quod causa materialis huius libelli quo incidit cum subiecto eiusdem in re sed differunt ratione, dicitur enim causa materialis eo quod scientia principalissime de ipsa considerat. Sed dicitur subiectum in quantum est terminus significans hoc, de quo scientia principalissime considerat, quia tale potest subieci [?] in propositionibus, per quas propria passio illius, de quo talis scientia considerat, demonstratur. Causa autem efficiens dicitur illud, a quo causatum habet esse, et talis est duplex, scilicet universalis et particularis. Universalis est Deus gloriosus, a quo omnia habent esse et vivere, primo Coeli, particularis autem fuit magister Petrus de Gerlicz rector scholarium in Deraszna. Item dictum est, quod scientia proprie non habet causam formalem sed improprie, unde pro illo est sciendum; causa formalis uno modo capitur proprie, et est a qua causatum habet esse formaliter, ut humanitas est causa formalis hominis proprie. Alio modo capitur improprie pro quodam modo procedendi in

f. 106v

scientiis. Et isto modo scientia habet causam formalem. Sed quia talis modus procedendi est duplex secundum quod dupliciter attenditur, ideo etiam duplex erit causa formalis. Uno modo talis modus procedendi attenditur in ordine ad artificem vel ad inventorem alicuius artis, et sic vocatur forma tractandi, quae nihil aliud est nisi modus agendi in hoc libro, qui est multiplex, scilicet divisivus, diffinitivus, probativus, improbativus et ex oppositorum positus, et hoc vocatur causa formalis tractandi. Alio modo talis modus procedendi attenditur in ordine ad artificiatum et sic vocatur forma tractatus, quae consistit in divisione libri in tractatus et capitula et in partes capitulorum. Causa finalis dicitur illud propter quod aliquid fit, et sic causa finalis huius scientiae potest esse duplex: interior et exterior. Interior est cognitio eorum, quae docentur in hoc libro. Exterior est ut cognito isto libro habeamus faciliter cognitionem aliorum librorum et demum summam beatitudinem, ad quam omnes scientiae ordinantur.

Quantum ad quintum notandum, quod titulus huius libri est iste: incipit Compendium logicae magistri Petri rectoris scholarium in Deraszna.